et condescendit prout praesentibus cedit et condescendit omne et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Krainski cessionarii sui totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout per praesentes transfert transfundit et incorporat per eundem Generosum Krainski cessionarium suum sive ipsius posteros hoc idem ius cessae summae praemissae omnia praesentibus condescensa cum universis ipsorum utilitatibus et emolumentis beneficiis et praerogativis quibusvis tenendi habendi et possidendi summam praefatam tollendi levandi et percipiendi de levata et percepta quietandi pro eadem si non fuerit soluta iure agendi processus quosvis instituendi et mouvendi ac ad debitum finem bonis fieri deducendi, praemissaque omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi praefati iuris originali ea omnia latius in se complectenti praesentibus cessi et translati vigore

Manasterski alteri Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Tymko Manastyrski sanus mente et corpore existens a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitan. Premisliensi quoad Actum modernum attinet se cum successoribus bonisque suis quaelibet omnibus totaliter ac plenarie incorporando subiciendoque palam libere publice ac personaliter recognovit Quia ipse Nobili Tymko Manasterski Popowi de villa Manasterik eiusque posteris summam Quinquaginta florenorum Polonicalium certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae tenetur atque debet, In qua quidem summa superscripta idem recognoscens Nobilis Tymko Manasterski totam et integram medietatem bonorum suorum haereditariorum immobilium generaliter omnium in bonis villae Manasteryk Maly terra et districtu praesenti Premisliensi iacentium et consistentium cum omni bonorum eorundem iure Dominio et proprietate competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis nihil ex praemissis iuris Dominii et proprietati ac cuiusvis competentiae et praerogativae

pro se recognente suisq successoribus aut alio quopiam reservando sed
exigendo verum praemissa omnia de recognente concernebant eidemq
quae serviebant ac prout eadem bonorum medietatem quemet recognoscens te-
nuit habuit et possidebat tenereq habere et possidere debuit idem ex
nunc et de facto praefato Nobili Synko Manasterski pagani de Villa Ma-
nasterzyk Maly eiusq posteris hinc et ab actu praesenti ad festum Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum et
in defectu pro tunc exemptionis bonorum praefatorum summae eiusdem totali-
et integrae ac indivisae realis solutionis extunc ad aliud simile festum
conversionis Sancti Pauli Apostoli per annum proxime tunc venturum in-
cidens et sic consequenter de anno ad annum festo ad festum annis et festis
sese continue et immediate sequentibus ad exemptionem usque et summae
praefatae solutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout praesenti ob-
ligat inscribit et invadiat. Quae quidem bona praesenti obligata praedi-
ctus recognens eidem obligatorio suo ex nunc tradit officio praesenti dat
et admittit realem introitum et actualem pacificam possessionem per inter-
quemvis competentem et Nobiles duos in fundo bonorum praefatorum dic-
quacunq voluerit officio acceptandam. Per ipsum obligatorium suum e-
iusq posteris hanc eandem medietatem bonorum suorum cum universis ipsius
utilitatibus et emolumentis beneficiisq quibusvis tenendi habendi et
possidendi illa quiete et pacifice utifruendi ac ad suos successoresq
suorum quovis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter con-
vertendi modo et titulo obligatorio debitis et tenebitur memoratus re-
cognoscens Nobilis Manasterski prout se suosq successores in et super
bonis suis qualitercunq omnibus eidem obligatorio suo ipsiusq posteris inscribit
et obligat praesentem ipsum et eius successores in dictis bonis et ratione eo-
rundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq
personarum cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusvis existentium
exoriunda in omni iudicio et officio regni tres quoties opus fuerit tueri
defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq eundem posteris
reddere. Nec non bona praefata praesenti obligata ab omnibus in genere
iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eis bonis modo
quovis quarumcunq personarum factis et faciendis. Tum etiam a quibusvis
Citationibus in eandem medietatem praesenti obligatam importatis et importandis

fuerit

lucri denique et lucri processibusque iuris quibuscunque in quavis puncto et gradu iuris dependent in quovis Iudicio et Officio regni obtentis et obtinendis a quibus praemissa medicta obligata producti et producendis eruendere et eliberare mundasque et libera semper facere Ita etiam Intromissionem praefatam ovam offici praesenti admissa in fundo bonorum eorundem obligatorum dum per ptem et Nobilem offerre requirentis non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum quovis modo tam se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ac etiam quem obligaverit suum non iniuriari ita ut idem obligatarius suus cum posteris bona eadem obligata praesenti inscriptionem vigore quiete et pacifice tenere habere et possidere illisque uti frui queat ad exemptionem usque eorundem et summae dicte realem persolutionem idque sub vadio quinquaginta florenorum Polonicalium per eundem recognoscentem sive ipsius posteros praefato obligatario suo aut eius successoribus in casu non completionis praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus ex praememoratus recognoscens Nobilis Tymko Manastewski ad instantiam eiusdem Nobilis Tymko Manastewski propriis sive ipsius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu supradicto quoad respondens spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere omnesque iniuriam pati debebit et tenebit se ipse ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causis eiusdem Terminis semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra regnum servitio militari ad munimentaque ad evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Inscriptionem Ultra proximos Terminos

offic

1190

Officio actorum Castrensi Premisliensi dillaone sibi non recipiendo nullasque inhibitiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac premissa dicta poenis simplicibus vel triplicatis evasiones suspensiones fatalijs iuris terrestri bello conventionisque alijsque quibuscunque iuris remedijs et defensis non subterfugiendo neque evadendo praesenti sua recognitione ad premissa omnia mediante

Actum in Castro Premisliensi Feria tertia Magna post Dominicam Ramis palmarum quadragesimam proxima anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo nono

30/III

Grabinski Kaminskiey debet.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Gregorius Grabinski sanus mente et corpore existens a terris districtibus jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesentique terrae jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum modernum attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando subijciendoque palam libere publice ac personaliter recognovit Quia ipse Generosae Sophiae de Semogowice secundis nuptijs Generosi olim Jacobi Kaminski consorti relictae Viduae eiusque posteris summam sexcentorum florenorum Polonicalium certi veri iusti et liquidi debiti mutuatorum apud ipsum per se recognoscentem percepti tenetur atque debet Quam quidem summam suprascriptam idem recognoscens Generosus Grabinski se suosque posteros in et super bonis suis quibusvis omnibus inscribit et obligat praesentibus eidem Generosae Kaminskiey Creditrici suae eiusque posteris hinc et ab actu praesenti pro die et festo Sancti Michaelis Archangeli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere ac relinquere, repositamque et relictam versus at coram officio non efficiendo nec arrestando aut alio quovis modo solutionem eiusdem summae impugnando Sub